MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS IV: 1.7. 1.9.)
Melk, um 1470 Seite 321v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Unde factum est ut sancto bartholomeo
apostolo ibi manente. nulla responsa
daret astaroth: et nulli poterat
ex his quos leserat subuenire.
Cumque iam plenum esset languenti
bus templum. et quotidie sacrifica
tibus nullum daret astaroth respon
sum. infirmi ex longinquis regioni
bus multi adducti iacebant. Sed
cum in ipso templo. nullum posset
demon dare responsum. sed neque sa
crificantibus sibi subuenire. neque
seipsos more suo lamantibus. per
rexerunt in aliam ciuitatem ubi ali
ud demonium colebatur. cui nomen
erat berith. Et illi sacrificantes ce
perunt inquirere. quare deus eorum
astaroth non eis daret responsum. Re
spondens autem berith dixit. Deus uester
sic captus et religatus catenis igne
is tenetur strictus. ut neque suspirare
neque audeat loqui ex illa hora. qua
apostolus dei bartholomeus ibi ingressus
est. Dicunt ei. Et quis est iste bar
tholomeus? Demon respondit. Amicus dei
omnipotis. et ideo huc in istam prouinciam
uenit. ut omnia numina que colunt
in dei euacuet. Dixerunt autem culto
res idoli. Dic nobis signa eius ut pos
simus inuenire eum. quia inter tot
homines non possumus cognoscere eum. Respondit
demon et dixit. Capillo capitis ni
gro et crispo. caro candida. oculi
grandes. nares equales et directe.
aures cooperte crine capitis. barba
prolixa habens paucos canos. statura
equali. que nec longa nec breuis
possit aduerti. Vestitur colobio albo
clauato purpura. induitur pallio
albo. quod per singulos angulos singu
las gemmas habet purpureas. Vi
ginti et sex anni sunt in quibus nunquam
sordidantur uestimenta eius. nunquam
ueterescent. Centies per diem flexis
genibus et centies per noctem assidue
orat deum. Vox eius tanquam tuba ue
hemens est. Ambulant cum eo an
geli dei: qui non permittunt eum fatiga
ri et esurire. Semper eodem uultu
perseuerat. et eodem animo. Omni
hora hilaris permanet. Omnia pre
uidet. omnia nouit. omnium linguam
nouit gentium et loquitur. Ecce et hoc
quod me interrogatis. et quod ego do uobis
responsum de eo nouit. quia angeli dei
famulantur ei. et annunciant ei. Et
cum ceperitis querere eum si uult o
stendet se uobis. si autem noluerit non
potestis inuenire eum. Rogo autem
uos ut dum eum inueneritis. rogetis
eum ut ne huc ueniat. et hoc mihi faci
ant angeli qui cum eo sunt. quod fecerunt
college meo astaroth. Et hec dicens
demon obticuit. Reuertentes autem
ceperunt circuire. et inquirere omnium
peregrinorum uultus et habitum: et per duos
dies non inuenerunt eum. Factum est autem
die tercio. ut quidam homo plenus
demonio ueniret ante eum. Tunc
demon cepit clamare et dicere. Apostole
dei bartholomee: incendunt me ora
ciones tue. Tunc apostolus dei dixit ei.
Obmutesce. et exi ab eo in nomine domini
mei ihesu xpi: et proficiscere in profundum
maris: et ibi sit habitacio tua usque
in sempiternum. Et statim liberatus est
homo. qui per multos annos fuerat fa
tigatus a demonio.

Polimius autem rex eiusdem ciuitatis ha
bebat filiam lunaticam. Et cum nuncia